REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 74v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in omni periculo positus. post dampna bonorum · post amissionem
omnium rerum. In ops & pauper effectus sum; Ego mendico infelix
publice posco alimoniam; Nemo egenti manu porrigit. Indigenti
nullus succurrit. Apud nullum miseratione dignus sum. Omnium
misericordia desolatus sum. Qui mihi misereatur non est. Omnes ut mendicantem spernunt. Esurienti nec micas suas reficiunt. In os sitienti
nullus distillat guttam refrigerii. nullus mihi preba uel modicum
unde rorem; Effectus sum enim cunctis abominabilis. Quicumque me in
tuentur. omnes ut ulcerosum contempnunt. ut ferentem expuunt. ut
leprosum tangere horrent; Iacet caro afflicta ferro. iacet pressa ca
tenis; Iacet ligata uinculis. iacet uincta compedibus; Non desunt
tormenta. non desunt cruciamenta. non desunt minus supplicia.
Cotidie crudescit in me. seruitia corporis mei. carnifices. nouissime
cruciatib; lacerant. Inaudito genere penarum uiscera mea &
membra dilaniant. Quicquid possunt sup me. crudele excogitant
Non pereo nuda morte. mille penis extortus. mille subiectus tor
mentis. mille laceratus supplicis; Caro mea plagis secta conpu
trit. semi usta latera sanie effundunt; Lacerata membra putre
dine defluunt. cum fletibus sanguis manat. cum lacrimis cru
or stillat. non est solum cruor lacrimarum. sed uulnerum; Con
sumptus sum. in dolore miser. in dolore. & animus & corpus de
ficit. Mens iam uicta est. anima dolere preclusa est; Multa in
tolerabilia sensi. multa acerbia sustinui. multa graua pertulit; Tam
graue & crudele. uulnus. numquam excepi; Inopinato uulnere oppres
sus sum. momentaneo interitu pculsus sum; In prouisum me intan
tis malis. calamitas uite contecit. Ignorantem me obpressit. Subito cala
mitas. repentinus interitus. casusq; me subruerunt. cur infelix na
tus sum. cur in hanc miseram uitam proiectus sum. Vt quid miser
hanc lucem uidi. Vt quid misero huius uite ortus occurrit. Vtinam
citius egrederer desecto. quam libet fussus quia quia iam ratione recedere;
Sed heu miseris. expectata mors tarde uenit. cupienti mori. iam licere
obcumbere; O mors quam dulcis es miseris. o mors quam suauis es amare
uiuentibus; Quam iocunda es omors tristib; atq; meremibus. Accedite

p ut 106